

o. Signum † Gundoberto. Signum † vir inlust. A
rico dom. Signum † vir inlust. Madalfrido.
† subs. ripsi. Rado subscripsi. Auderdus, vir
atque patricius, subs. (Locus sigilli.)
m sub dii x kal. Julias ^a, an. xvi ^b regni no-
piaco ^c, in Dei nomine fel.

DIPLOMA III

ii, regis Francorum, suggerente matrona Ama-
thilde emissum ^d.
ro inlustri. . . are idemque inlustri matrona
ildes clemenciæ rigni nostri credidit sugge-
a. . . lis chramlos subteriore Satelliaco vel
qui dicitur Curtilis, sibi berimariacas . . . co

plex ratio est computandi annos regni Clodovei
ab anno quo ipsi regna Neustriæ et Burgundiæ
asserta sunt, circa ann. Chr. 654, vel ab
uo pater ejus fato functus est, anno 658. Juxta
a rationem, annus regni ejus xvi concordat
no Christi 619; juxta secundam, cum anno
um vero in Clipiacensi piacito emissum fuerit
a de quo agitur, hoc vero placitum sub anno 653
loricis memoretur, huic anno regni Clodovei
idem censemur.

c legit Mabillonius.

c legimus in exemplo Merovingico.

c instrumenti fragmentum prius vulgavit
nius in appendice ad Annales ordinis Sancti
icti, t. I, append. alt. p. 686, n. xiv, annota-
sommno destitutum, apposita tantummodo ad
em notula *ex authentico*; et præfixo titulo qui
neo II, pro monasterio S. Dionysii concessum
, de quo ipsum instrumentum silet. Ex Ma-
b, typis iterum mandaverunt Collectores scrip-

et terra ad ipso maro aspiciente bunoariaxu ^e, una
cum adjacentias earum promeruisse. . . cessissit,
vel confirmassit, quem viro epistolas præ manibus
habere adfirmat, et ipsas villas. . . cium plinius con-
firmare deberemus, cui nos hunc beneficium sicut
unicuique justa petentibus . . . vel adjacentias earum,
cum terris, domebus, edefeciis, mancipiis, silvis,
pratis, pascuis, peculiis. . . inspecta ipsa æpistola
in suprascripta loca visa fuit promeruisse, et hoc ad
presens quieto ordine poss. . . voluerit liberum in
omnibus puciatu arbitrium, et hæc auctoretas tam
a nostris quam.
., o rigni domno Chlodoveo.

torum rerum Francicarum, t. IV, pag. 638, n° xxxi,
et ipsi absque ulla illustratione. [Archetypum in ar-
chivo regio, k, n. viii, nunc asservatur, sed valde
mutilum, ad cujus fidem novam recensionem insti-
tuere conatus est A. Teulet.] Instrumentum adeo
mutilum, Amathildis, personæ privatæ, nec nobis
aliunde cognitæ, nomen solum proferens, ad certam
epocham revocare, et anno peculiari assignare non
licet. Id tantum ex ultimi fragmenti voce novimus,
emissum fuisse regnante Chlodoveo, quod de Chlo-
doveo II intelligit Mabillonius; unde illud, cum Col-
lectoribus scriptorum rerum Francicarum, ad finem
regni Chlodovei II, ut po:e incerti temporis, reji-
cimus.

° Legendum conjicimus *bunoaria xij*, pro voce
barbæra *bunoariaxu*. Vox *bunoaria* non semel in
instrumentis hujus ætatis usurpatur pro designanda
certa terræ mensura, ut jam alias notavimus. In
charta Blidegisili legitur *buinaria duodecim*.

DIPLOMATA SPURIA.

DIPLOMA PRIMUM

lodoveus II, rex Francorum, castrum Bagauda-
donat Blidegisillo, ad construendum monaste-
quod Fossatense dictum fuit ^a (ann. 638).

oveus, rex Francorum, vir illuster, duci
raldo, vel omnibus præsentibus ac futuris fide-

quid sacerdotibus ac religiosis ecclesiasticis vi-
opus Dei construendum, concedimus, hoc et ad
nostri stabilitatem, et ad animæ salutem per-
non diffidimus. Proinde omnibus sanctæ Dei

ragmentum hujus diplomatis primus edidit in
itatus Parisiensibus Breulius, lib. iv, pag.
si apographum authenticum, ex autographo in
monasterii Fossatensis asservato transcrip-
a manibus se habuisse asserit; integrum deinde
ndatus recudi curavit in eorundem Antiqui-
pplemento, pag. 141. Illud postea vulgaverunt
raus, Antiquit. Paris. lib. i, pag. 58; Coin-
nnal. t. III, pag. 82; Gerardus a Bosco, Hist.
Paris. t. I, pag. 171; Felibianus, Hist. Paris.
pag. 20; Script. rer. Franc. coll. t. IV, pag.
lovæ Gallicæ Christ. auctores, t. VII, inst. col.
r. II; qui omnes Breulium, absque ulla nova de
aspicio disquisitione, secuti sunt. Cointius ali-
interpolationes in contextu a Breulio edito
rit. Miramur quod Mabillonius, qui Blidegisilli
datione Fossatensis monasterii litteras, or-
to a nobis referendas, omnino sinceras pro-
re non audeat, Ann. Bened. t. I, lib. xii, pag.
nullam de diplomatis Chlodovei sinceritate

C Ecclesiæ tam præsentibus quam et futuris utriusque
sexus fidelibus notum fieri cupimus, quendam vi-
rum diaconem, carnis generositate pollentem, ac in
Christo venerabilem, valdeque a nobis per omnia
dilectum, nomine Blidegisillum, ad nostræ sublimi-
tatis præsentiam advenisse, et humiliter deprecasse
quatinus, ad ecclesiam Dei funditus ædificandam, in
honore scilicet sanctæ Dei genitricis Mariæ ac sanc-
torum Petri et Pauli principum apostolorum, et
monachos sub regula ^b S. Benedicti pro Christi

suspicionem habuerit. Autographum certe ab eo vi-
sum non fuisse ex ipsius verbis intelligitur, cum
Fossatensis monasterii fundationem recitet ex Vita
S. Baboleni, parum accurate scripta, ut ipse fatetur,
et in compendium a Breulio redacta, diplomatis
vero, de quo agimus, vix fragmentulum adducat.
D Felibianus, quem sequuntur cæteri hujus instrumenti
editores, ne minimam quidem de illius sinceritate
dubitationem proferendam esse credit. Nos, cum
autographum ipsum (quod in archivis tum archie-
piscopatus Parisiensis, tum capituli S. Thomæ Lu-
parensis, ad quem res ad Fossatense monasterium
olim pertinentes devenerunt, frustra investigavimus)
inspicere non licuerit, animadversiones Cointii loco
suo referemus; instrumento vero pluribus nec levis
momenti interpolationibus foedato, adulterationis nota
tam præffigimus.

^b Ad hæc verba sic Cointius, Annal. t. III, pag.
85: « Hæc a recentiore quopiam in gratiam ordinis
Benedictini videntur interpolata; nam Blidegisillus

amore in illo ibi congregandos, quandam terram ex jure nostræ proprietatis, in Parisiacensi pago consistentem, illum videlicet castellionem qui Fossatus dicitur, et quem vulgaris lingua Castrum Bagaudarum appellat, super fluvium Maternæ situm, habentem, ab introitu suo usque in alveum ipsius Maternæ, buinaria duodecim, cum tota terra vocabulo Varena, quæ est in circuitu ipsius castellionis, et quam Maternæ fluvius gyrat, et Fossatus aquæ concludit, sibimet concederemus. Cujus sacræ petitioni, ob id quia pro æternæ vitæ compendio tali accensus ardore, libenter assensum præbuimus. Quapropter per præsentem auctoritatem atque præceptionem jubemus ut hanc prædictam terram, quam ei tali firmitate ex jure nostræ proprietatis in suum jus ad opus Dei perficiendum transponimus, per nostram transignationem et reversionem firmiter recipiat; ita ut quod postmodum jam dictus vir præclarissimus ac nobis charissimus Bidegisillus diaconus ipsum castellionem cum prædicta Varena, quam fluvius Maternæ circumdat, sicut jam dictum est, et Fossatus castellionis in introitu suo ab aqua in aquam totam terram concludit ad integrum, quod fiscus noster ibidem ad præsens tenere vel dominare videtur, una cum manentibus illis qui ibidem super terram fisci nostri commanent, et ad fiscum nostrum usque nunc aspexerunt, totum et ad integrum cum pratis et pascuis, garricis et ulmis, cum aqua et omni piscatione fisci nostri, insulis quoque ac molendinis seu piscatoriis, cum portis etiam et cunctis etiam ipsius aquæ transitoriis, vel cum omnibus adjacentiis, cultis et incultis, ex nostra munificentia ad locum sanctum, ut dictum est, regulariter construendum ac funditus ædificandum, plenissime ac firmissime habeat concessum; et ibidem juxta hoc, quod sua devotio locum sanctum vel cellulam ad servos Dei, ^a sub S. Benedicti exemplo inhabitando, Deo adjuvante, ædificet. Et sicut ex fisco nostro processit, ita ipsum locum cum

in oratione supplici, superius, ex auctore anonymo Vitæ sancti Baboleni descripta, quam apud regem Clodoveum habuit, Fossatum non pro Benedictinis, sed tantum pro monachis postulavit; et anno Clodovei tertio, in charta donationis quam Fossatensis monasterio concessit, illius loci monachos affirmavit Deo famulatos ad modum et similitudinem Luxoviensis monasterii, quod constat a S. Columbano conditum fuisse; deinde S. Babolenus, qui Fossatensis asceterii primus abbas exstitit, ab auctoribus prædicatur discipulus S. Columbani, talemque se semper professus est. ^b

^a Ad verba: sub S. Benedicti exemplo, vide Cointium in nota præcedenti; et notas nostras ad Bidegisilli chartam. [Certum est, initio, monasterium Fossatense sub regula S. Columbani institutum fuisse; sæculo x tantum regulæ S. Benedicti subditum. Unde evadit, aut falsum, aut interpolatum esse diploma de quo hic agitur.]

^b Cointius, loco citato, delenda quoque censet ista vocabula *conjugis* sive *prolis*: merito quidem; hæc enim falsum produnt, cum Clodoveus adhuc esset puerulus. [Hæc tamen ne prorsus non moverent. A verosimili non abhorret regem cælibem, imo in prima juventute, futura tamen providentem, dona contulisse monasterio, ea lege ut fierent preces pro sua, conjugis, prolisque suæ incolunitate.]

A præfatis rebus et cæteris omnibus ad se pertinentibus, atque cum omni ædificio quod abhinc facere poterit, firmiter absque ulla redibitione fisci nostri, vel judicis publici requisitione, sæpeditus Bidegisillus, et qui ab illo constituti sunt, imperpetuum valeant possidere. Denique etiam et jam regio jure decernimus, quod jubendo multum observare præcipimus, ut nullus judex publicus, neque episcopus, neque quælibet judiciariæ potestatis persona, in eundem locum, aut infra prædictam terram, quam sæpeditus circumdat fluvius et Fossatus aquæ concludit, ad causas audiendas, vel injusta freda tollenda, aut transitum publicum faciendum, aut mansionaticos vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut telones exigenda, aut homines ejus tam ingenuos quam servos super ipsam terram commanentes distringendos, nec ullas redibitiones vel inlicitas occasiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, aut exaccare præsumat; sed ipsi servi Dei presentes ac futuri, nullam ibidem a quacumque occasione patiantur inquietudinem; ut semper sub sancto proposito ibidem Deo serviant, et pro nobis ac genitrice nostra, ^b vel conjuge, si e prolis, nec non et totius regni statu, Domini misericordiam devotius exorare delectet. Ut autem hæc præceptio nostræ cessionis firmior habeatur, vel per futura tempora, Deo propitio, inviolabilis conservetur, nos et præcelsa genitrix nostra Nandehildis manuum nostrarum signaculis adumbravimus.

Data anno primo regni nostri.

DIPLOMA II

Quo Clodoveus II, rex Francorum, possessiones monachorum insulæ Barbaræ confirmat, et eis dona confert ^c (ann. 640).

[In nomine Dei æterni et salvatoris nostri Jesu Christi. Clodoveus, divina ordiuante Providentiâ,

^c Hoc diploma primus vulgavit le Laboureur, in Ruderibus insulæ Barbaræ, t. I, cap. 8, pag. 33, ex apographo. Recedit Cointius, Ann. t. III, pag. 125, ideo ut falsi ipsum argueret. Interpolationis non expers judicaverunt Novæ Galliæ Christianæ auctores, tom. IV, col. 225. Cointius præcipua petit argumenta a Lauduni mentione, et quæ diplomati a Clodoveo emisso non convenit, quia Laudunum extra illius regis ditiones situm erat; et a vocibus nonnullis quibus Clodoveus uti non debuisse videtur, et imprimis non occurrit ratio cur Clodoveus *regibus* notum facere curaverit diploma, quod in gratiam monachorum Barbarensium promulgavit: præterea desunt exempla, quibus probari possit quempiam a Francis *regula* per illa tempora possidisse. Insolitam vero in regum primæ stirpis diplomatibus inscriptionem, *imperator Augustus*, excusare nititur Cointius. Post Clodoveum magnum, ait, quem codicillos ab Anastasio imperatore de conspectu, id est de imperio, accepisse constat, plerique reges quibus Francia paruit Augustos se dixerunt et imperatores. Sed pace tanti vii dixerimus, hanc excusationem leviori subnixam esse funtamento. Nullum enim, quod sciamus, exstat nec Clodovei II, nec alterius primæ stirpis regis diploma, in scripto nulla, nullus nummus, ubi reges illi *imperatoris Augusti* titulo, expressis verbis insigniantur. Unum aut alterum tremissem

lor Augustus *) Necessarium quidem et con-
esse videtur regiam dignitatem ex largis pos-
bus locis Deo dicatis aliqui largiri, unde et
Deo servientes, necessitates suas supplere,
se largitores vitam consequi perpetuam
Quapropter notitiæ tradere curamus [om-
tel fidelibus, episcopis videlicet et abbatibus,
, ducibus, comitibus, vice-dominis, vicariis,
rlis, et omnibus rem publicam gubernanti-
quia Licinius, abbas insule Barbaræ, in
n sancti Andræ et omnium apostolorum con-
, et monachi ibidem sub beati Benedicti re-
o famulantes, nostram petierunt celsitudinem,
ntes quatenus, ex amplissimis imperii nostri
orum paucas cellulas augmentemus. Quam
a petitionem benigne suscepimus; et quia
ræfatum multis claruisse virtutibus audiera-
ut in electorum numero l cum possidere va-
eis aliqua de rebus imperialibus dare vide-
onamus scilicet eis in partibus Provinciæ, in
ato Tricastrino, circa fluminis Licii ripam,
m in honorem sancti Salvatoris delicatam,
villa quæ vulgo dicitur Abolona; in eodem
io, in loco qui dicitur Abolona; in eodem
Desiderii, et in Marrano ecclesiam Sancti
cum villa sua, et ex alia parte ejusdem flu-
cclesiam Sancti Joannis de Lagoneria, cum
a. Et corroboramus et corroborando confir-
ecclesiam Sancti Joannis de Grellas, cum
a, quam a patre meo Dagoberto rege fæli-
acquiesierunt. Has totas jam dictas ec-
cum villis atque cum omnibus appendiciis
m decimis videlicet et præ eminentiis, atque
rris tam cultis quam incultis, cum mon-
vallibus, cum sylvis et nemoribus, cum aquis
mque litoribus, nominatæ ecclesiæ et mona-
era potestate tradimus. Insuper vero huic
li dono conjungimus quod, si quis regalia
na, hujus præfati loci monachis aliquid dare
dere voluerit, aut aliquo modo concesserit,
dem libertate, absque alicujus inquietudine,
mpore permaneat. Et ut hæc regalis elec-

erto quidem tributum, sed nomen nullum
ntem, missum facimus. Theodeberti nummi
adducuntur qui caput et nomen in antica
a postica epigraphen exhibent *victoria Auggy.*
le forsitan in his scrutator diligens, nummorum
toris Justiniani typum, mutato tantum no-
monetariis Francorum Theodeberto accom-
m agnoscat. His similia non semel observa-
qui numismata mediæ ævi attentius inspe-

ne imperatoris Augusti titulum in hoc diplo-
alsum prodere credimus; et diploma ipsum
existimamus ad exemplum diplomatum Lu-
Pii fabricatum, quod aperte patet ex initia-
rmulis, quas ideo inter uncas distinximus,
edem sint quibus uti solitus fuit Ludovicus
diplomatibus suis, quotquot exstant.
eadem personas diriguntur omnia fere Lu-
Pii diplomata, si *reges* excipiatis.
cet cum villa desunt apud Coint t. III, pag.

A mosyna firma semper et stabilis, absque alicujus
dominii diminutione, permaneat, imperiali præcepto,
quo cuncta decernendo sancimus, scriptum fieri
judicavimus, et manu nostra sigillo nostro signavi-
mus. Facta notitia ista, quinto kal. Martii, anno
tertio regnante Clodoveo, imperatore dulcissimo.
Actum Monte Landuno, præsentem populo.

DIPLOMA III

Quo Clodoveus II, Francorum rex, villas plurimas et
alia dona monasterio S. Dionysii confert aut asserit^d
(ann. 644).

(Clodoveus, Dei gratia rex Francorum, filius Da-
goberti regis, omnibus episcopis, abbatibus, ducibus,
comitibus, seu quacunque judiciaria potestate præditis.

Quicquid pro utilitate vel honestate universalis
B matris Ecclesiæ in præsentem ordinamus vel constitui-
mus, et ad effectum perducimus, hoc nobis valde ne-
cessarium esse contra visibiles et invisibiles hostes
confidimus. Quanto enim digniori vel sublimiori
potestate sumus præditi et sublimati, tanto saga-
ciori et propensiori cura debemus esse solliciti, ut
quod agimus, juste et ordinate disponamus, ne justo
judici displiceamus, vel hominibus ingrati existamus.
Quapropter ego Chlodovius, superna providente cle-
mentia, Francorum rex coronatus et regni celsitudinis
culmino sublimatus, desiderans Deum habere propi-
tium, cupiens etiam augmentare et amplificare mona-
sterium patroni nostri domini Dionysii, sicut genitor
noster fecit, pro salute animarum nostrarum, concedo
et confirmo ipsi præfato Dionysio et venerabili Aigulfo
C patri ejusdem monasterii, videlicet in Bituricensi pago
ecclesiam et villam de Noto, ecclesiam et villam se
Umreziaco, ecclesiam et villam de Pelolio, ecclesiam et
villam de Argenteria, ecclesiam et villam de Vallo, ec-
clesiam Sancti Marcialis de Salviaco, ecclesiam de
Curciaco, ecclesiam de Casimansi, ecclesiam de Mo-
sayco, et villas et decimas et terras circumquaque
adjacentes, et prædia et mancipia utriusque sexus,
et omnia alia circumquaque adjacentia. Affirmo
etiam insuper donum quod fecit pater meus eidem
monasterio, scilicet villas et omnes possessiones Sa-
dragesilli ducis Aquitanorum, id est, Novientum in

^d Omni genere indiciorum falsi refertum instru-
mentum a solo Dubleto editum, Hist. abb. S. Dion.
pag. 681. Illud se ex originali deprompsisse innuit,
cum vallatum esse asserit sigillo cereo, effigiem regis
salvam et sanam exhibente. Falsitatis signa præcipua,
post Germonium, de vet. reg. Fr. Dipl., t. II, pag. 120,
perstringemus. Formulæ prorsus insoletæ, *gratia Dei*
rex, et supra providente clementia rex coronatus,
mentio donationis Constantini, quæ non nisi pluri-
bus post Clodoveum sæculis prodiit, et ab omnibus
jam dudum explosa est; signum Arnulphi, Metensis
episcopi, qui jam tribus annis obierat, Coint. Annal.
t. II, pag. 133; Sylvini nomen cum titulo Rhemensis
archiepiscopi, quod non agnoscit præsulatum Rhemen-
sium catalogus; ipse archiepiscopi titulus, pluribus
subscriptionibus additus, contra morem hujus ætatis;
signum comitis Flandrensis, dum Flandrenses comi-
tes non ante Carolum Calvum exstiterunt; subscri-
ptio comitis Normanniæ, quæ nondum sub stirpe Me-
rovingica nomen hoc sortita fuerat. Nos puderet his
diutius detineri.

pago Lemovicensi, Parcicum seu Nullyacum et Pondentiniacum ac Parcellarias et Anglarias. Contestamur itaque et obsecramus omnes successores nostros reges sive principes, per sanctam et individuan Trinitatem, et per adventum justi iudicis, ut honor et reverentia venerandæ ecclesiæ B. Dionysii, ubi genitor noster in corpore requiescit, et nos sepe-
 liri summopere speramus, ab omnibus et in omnibus perpetuo jure conservetur, sicut Romæ ecclesia beatorum Petri et Pauli, per privilegium Constantini imperatoris, obtinere dinoscitur. Si autem quispiam, sive episcopus sive archiepiscopus vel qualibet dignitate vel potestate præditus, hoc nostrum donum violare præsumperit, auctoritate Dei omnipotentis et nostra, anatematis vinculo imperpetuum sit alligatus, et a consortio electorum Dei in cælesti regno alienatus, et numero damnatorum in inferno associatus. Et, ut auctoritas nostra perenniter firma et inviolata permaneat, vel per omnia tempora illæsa
 A conservetur atque custodiatur, et ab omnibus optatibus nostris, iudicibusque publicis et privatis verius ac certius credatur, manus nostræ subscriptione subter eam decrevimus confirmare, et nostro proprio sigillo sigillari. Palladius, Bituricensis episcopus, obtulit; Chlodovius, filius Dagoberti gloriosissimi regis, subscripsit. Signum Araulfi, Metensis episcopi. Signum Eligii aurificis, Noviomensis episcopi. Signum Landerici, Parisiorum episcopi. Signum Maurini, Senonensis archiepiscopi. Signum Sylvini, Remensis archiepiscopi. Signum Frenemundi, Andegavensis episcopi. Signum Unberti, Lemovicen. episc. Signum Aygulfi, abbatis B. Dionysii. Signum Gondoeni, comitis Normanniæ. Signum Vuerpieni, comitis Britanniæ. Signum Charinundi, comitis Flandrensis.
 B Signum Mummoli, præfecti. Signum Dadonis, Rothomagensis archiepiscopi et cancellarii regis. Data in mense Octobri, anno vij regni nostri *, Clipiaco palatio, feliciter in Dei nomine. Amen.

* Annus 7 regni Chlodovici II, mense Octobri, concurrat cum anno Chr. 644, initio regni sumpto a die 29 Januarii anni 638, qua Dagobertus obiit.

ANNO DOMINI DCLX.

MARCULFUS MONACHUS.

NOTITIA HISTORICA

[Ex Fabricio, Bibl. mediæ et infimæ Lat.]

Marculfus, monachus, ut aiunt, Parisiensis, ad Landericum [non Parisiensem an. 630 episcopum tempore Dagoberti regis, ut cum multis aliis putat Labbeus, tom. VI Concil., pag. 530, formulam de privilegio et concessionem legis ad privilegium ex Marculfo referens, sed ad Landericum episcopum Meldensem, qui circa ætatem Pipini et Caroli M. (a) floruit] scripsit de (b) *Formulis publicorum privatorumque negotiorum libros* II. Editi primum una cum aliis incertorum auctorum formulis ab Hieronymo Bignonio, viro insignissimo, cum notis eruditiss., Paris. 1613, in-8°, et meliore atque auctiore Editione 1666, in 4°; recusi etiam, sed sine notis, in Bibliothecis Patrum Colon. tom. VII, Paris. tom. II, supplem., et Lugdun. tom. XII. Recensitis autem a laudatissimo Baluzio, tom. II, pag. 369, non Bignonii solum notæ illæ auctiores, sed etiam novæ Baluzii accessere, Paris. 1777, in-fol. Longe utilissimas esse hasce for-
 C mulas ad Francicas et Germanicas antiquitates illustrandas, multi jam monuerunt; Salmasio autem notante, lib. de Lingua Hellenistica, pag. 23, « Latina et Romana illorum temporum lingua sic differunt proprie ut Divionensis et Burgundica. Et sic de aliis. Mista porro illa, quam sokecismis et barbarismis scatere dicit (c) Isidorus, præcipue locum habuit ac viguit Justiniano imperante, ut constat ex multis monumentis et maxime ex illo instrumento Plenariæ securitatis (Lib. IX Origg. c. 1), quod scriptum est anno Justiniani imperii 38, et nuper editum ex bibl. Regia, ex qua olim id deprompseramus, et ex involuto et inextricabili pene caractere, qualis illo tempore tabellionum fuit, eolveramus. Eadem mista scriptæ fuere Marculfi Formulæ, sicut in Codicibus antiquis reperiuntur. » Insignem Codicem harum formularum, annorum amplius 600, servo nactus ex sectione bibl. Gudianæ.

(a) Vide Joan. Launoii assertionem inquisitionis in chartam immunitatis pag. 616 seq. et inquisitionem ipsam, pag. 25.

(b) Formula proprie est norma iudicii quam princeps vel magistratus iudici sententiam dicturo præscribit; unde interdum et pro sententia sumitur. Vide

D Valesium ad Ammiani lib. XIV, cap. 1.

(c) Vide Colomesii Bibl. selectam, cap. 34; Gasendo in Vita Peirescii ad an. 1624. Bignonius hic vocatur « magnum bonarum litterarum et arcis legum ac justitiæ apud senatum lumen. »